

SCRIPTA

Numéro Scripta : 9060

Auteur(s) : Richard III, Avranches (évêque)

Bénéficiaire(s) : Savigny-le-Vieux, Sainte-Trinité de Savigny (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1179, 24 octobre

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

L'évêque d'Avranches Richard confirme les dons concédés à l'abbaye de Savigny dans le diocèse d'Avranches.

Tableau de la tradition

Original

A. Paris, Arch. Nat., L 967, n° 103.

Éditions principales

. HILL, Bennett D., « The counts of Mortain and the origins of the Norman congregation of Savigny », *Order and innovation in the Middle Ages, Essays in honor of Joseph R. Strayer*, Princeton, 1976, p. 249-253.

Dissertation critique

Transcription : Claude Groud-Cordray (Cartulaire de l'abbaye de Savigny ou *Liber cartarum domus Savigneii, episcopatu Abrincensi*, n° LX)

Texte d'après A

Ricardus Dei gracia Abrincensi ecclesie minister humilis dilecto filio suo Simoni abbati Savigneii suisque successoribus et toti conventui ejusdem loci in perpetuum. Cum ad nostrum spectet officium ecclesiasticas personas per diocesim nostra protegere et eorum bona tueri, eis precipue quos in Dei servicio videmus assidue mancipatos, tanto diligentius tutele debemus et protectionis opem prebere, quanto in vigilantius eos laboribus et servicio divino novimus insudare. Eapropter, dilecti in Domino filii, omnia beneficia vostra que vobis a fidelibus collata sunt in episcopatu Sancti Andree in perpetuam elemosinam quiete et integre vobis habere concedimus et confirmamus, in quibus hec diximus exprimenda vocabulis. Ex dono Radulfi et Henrici et Radulfi Filgeriarum dominorum et concessione regum Anglie et comitis Moretonii totam forestam Savigneii sicut cingitur tribus aquis Chamba et Cahmbesna atque Nigra Aqua cum pertinentiis suis. Ex dono Henrici regis antiquioris vineam et nemus de Campo Botri cum pertinentiis suis. Ex dono predecessorum nostrorum episcoporum bone memorie Richardi, Herberti, Achardi, totam decimam ejusdem vinee. Ex dono Durandi de Groleio et concessione Henrici de Filgeriis totam terram que est inter vineam de Cambo Botri et vetus stannum de Verdun et inter Groleium et vineam de Ponte Avbaudi et vineam de Abrincensis. Ex dono Hugonids filii Ansketis totam terram de Verdun et juxta eandem terram ex dono Rainaldi Camberarii de Abrincis et concessione Durandi de Groleio terram quandam et pratum. Item juxta eandem terram ex dono Rogerii Rufi et Vitalis cognati ejus et concessione Gisleberti presbyreri dominici eorum virgultum quodam et terram juxta virgultum. Ex dono Estormi de Verdun duas acras terre. Ex dono Bertranni de Verdun terram quandam juxta grangiam de Campo Botri. Ex dono Galteri Allori et Guillelmi Goion et concessione

Radulfi Grimaut VII acras terre juxta Abrincas. Ex dono Roberti filii Martini et Mathilde uxoris ejus et concessione Henrici regis et Richardi comitis Cestrie et Stephani comitis Moretonii terram de Venjons cum molendino et molta ejusdem ville et aliis pertinentiis suis. Ex dono Radulfi de Filgeriis totum dominicum suum de Maretis Maidreii et totum dominicum suum de Verdun excepto molendino. Ex dono Radulfi de Filgeriis et Henrici filii ejus et concessione Henrici regis et Stephani comitis Moretonii dimidium molendinum de Romaigneio cum masura et terra molendinarii et aliis pertinentiis suis. Ex dono Henrici de Filgeriis, et concessione heredum Alelmi Calvi in Romaigneio, totam terram que fuit Alelmi Calvi in Romaigneio cum capella Sancti Johannis de Filgeriis que in eadem sita est et terra Joscelini molendinarii et aliis pertinentiis suis. Item ex dono Henrici de Filgeriis et Radulfi in parrochia de Savigneio terram que appellatur masura Bernerii et Coumaillera cum peretinentiis suis. Ex dono Roberti filii Girondi et concessione Henrici de Filgeriis in Molinis terciam partem molendini de Ossibus cum pertinentiis suis. Ex dono Juhelli de Savigneio et Guillelmi Bastart et concessione Henrici de Filgeriis totum rivagium aque Chambe contra terram de habitu Alberti cum pertinentiis suis. Ex dono Ricardi de Serlant et filiorum ejus octo acras terre et quodam pratium in hamello juxta Vadum Ollandi in Alereio. Ex dono Hasculfi de Soligneio terram de Vacuavalle. Ex dono Maleffant in Martigneio masuram Queron VIII scilicet acras terre. Ex dono Guillelmi de Kernet et Odeline uxoris ejus et concessione Petri de Sancto Hylario terram de Montdagneio. Ex dono Martini Pichart et concessione Petri de Sancto Hylario in Margotin terram inter viam Sancti Jacobi et Coglarum et Mondaigneium. Ex dono Garini Tirel et concessione Guillelmi Avenel XXX acras terre in Pasbran. Ex dono Oliveri filii Alani et Marie uxoris ejus masuram quandam terre apud Pasbran et dimidium molendinum ejusdem ville. Ex dono Radulfi Moles dimidium torcular et dimidiam vineam suam cujus dimidiam partem habent sanctimoniales Moretonii. Ex dono Vitalis Vacce vineam quandam cum modica terra ei adjacente. Ex dono Petri de Sancto Hylario vinum ad missas singula scilicet sextaria singulis septimanis reddenda in villa Sancti Hylarii et tres quartarios frumenti ad hostias de reddito suo apud Sanctum Quintinum reddendos singulis annis. Ex dono Petri Chaucon concedentibus filius suis domum unam apud Abrincas. Ex dono Guillelmi comitis Moretonii et hominum suorum elemosinas de Surda Valle. Item ex dono ejusdem comitis novum vicum Moretonii et extra vicum duas carrucatas terre. Ex dono Stephani comitis Moretonii dimidium stannum de Moreta et terram de Haia ei adjacentem. Ex dono Alveredi Piscis concedente Guillelmo nepote ejus donum unam in Castro Moretonii. Ex dono Gaufridi de Ferreriis et hominum suorum terram de Brildoet. Ex dono Hugonis de Houme concedente Ruellone filio suis unam acram terre in villa de Houme. Ex dono Roberti de Helceio et Guillelmi filii ejus terram de Sparchons. Ex dono Rainaldi Canis et concessione Guillelmi de Sancto Johanne terram de Groleio. Ex dono Guillelmi de Plaissitio et hominum suorum et concessione Petri de Sancto Hylario terram de Castanis. Ex dono Oliveri filii Alani et concessione Petri de Sancto Hylario in Surdavalle XX acras terre cum pertinentiis suis. Ex dono Roberto filii Roberti filii Guillelmi de Bresceio terram suam de Bresce excepta masura filiorum Galteri. Ex dono Ruellonis de Millei masuram unam terre in villa de Calido Loco. Ex dono Rogeri de Millei masuram alteram in Calido Loco. Ex dono Roberti Gislaut VII acras terre et dimidiam juxta forestam Savigneii. Ex dono Mathei de Praeriis et Roberti fratris ejus et concessione Rannulfi comitis Cestrie, terram de Monchabot in Venjons cum pertinentiis suis. Ex dono Pagani de Sancto Bricio et Gervasie uxoris ejus et filiorum suorum juxta forestam Savigneii totam terram que Melion dicitur et masuram que vocatur Aurineria et campum qui dicitur Guernunusle et masuram Aucherii et in parrochia Maidreii terram de Martigneio et pratium quoddam et totum dominicum suum de Maretis Maidreii et duas acras terre juxta cimiterium Vireii. Ex dono Marie filie Ruellonis Bastardi et Ricardi patris ejus in parrochia Savigneii totum feodum Guillelmi Bastart. Ex dono Ricardi Juhelli, totum feodum suum de Savigneio et donationem quam fecit Alanus frater ejusdem Ricardi. Ex dono Achardi Abrincensis episcopi et concessione heredum Savigneii ecclesiam ejusdem ville. Ex dono Eudonies Babilonies et Johannis filii ejus et Guidonis fratris ejusdem, in Logis quandam terram que Rohardet vocatur cum duabus garbis decime ejusdem terre. In predictis quoque Logis ex dono Rogerii de Vireio et fratrum suorum Landam Gaufriduli cum duabus garbis decime ejusdem terre. Ex dono Radulfi de Vireio et generorum ejus Guillelmi et Oliveri et hominum ipsorum et concessione Jordani filii Adam et Alani filii ejus elemosinas de Terra Guasta cum pertinentiis suis. Ex dono Gaufridi filii Guimundi et filiorum ejus Alani, Juhelli, Sequarti, in Terra Guasta dimidiam partem terre de Calumpniis. Ex dono Pagani de Ceresel et Guillelmi filii ejus et Radulfi Rohais et Guiborgis uxoris ejus, alteram medietatem ejusdem terre de Calumpniis, quas donationes concesserunt Oliverus de Ardene et Radulfus Brito ad quorum feodum terra ipsa pertinebat. Ex dono predecessorum nostrorum episcoporum bone memorie Turgisii, Achardi et concessione Roberti de Appenticio et filiorum suorum ecclesiam de Appenticio cum pertinentiis suis. Ex dono eorundem episcoporum ecclesia Sancti Hylarii de Novoburgo Moretonii. Ex dono Ursi de Logis et Roberti filii ejus et Guillelmi Coisler nepotis eorum et concessione predecessoris nostri Achardi episcopi concedente etiam Hasculfo de Sancto Hylario ecclesiam de

Logis cum pertinentiis suis. Ex dono Durandi et Roberti et Andree de Croleio concedente Giaelendo de Tania domino eorum clausum ante portam grangie de Campo Botri. Ex dono Roberti Guaveel concedente Hugone le Troisne masuram de Puisseaus. Ex dono predecessorum nostrorum bone memorie Turgisii, Ricardi, Herberti, et Achardi et concessione Ranulfi de Vireio et Guillelmi et Rogerii fratrum ejus ad quorum feodum jus patronatus subscriptarum ecclesiarum pertinebat, ecclesiam Sancti Gervasii et Prothasii de Vireio ex integro et decimas totius parrochie exceptis II garbis de masura Lanie et ecclesiam Sancti Martini de Bresseio ex integro et ecclesiam de Maidreio excepto tercia garba decime quam inde habent sanctimoniales de Redonensi cenobio, ecclesiam etiam de Molinis ex integro cum pertinentiis suis, quia etiam concedo et confirmo donum quod fecit Guillelmus de Duxeio ecclesiam videlicet Sancti Martini de Guasto et ecclesiam de Campservor et unam platam in vico de Duxeio et medietariam de Tessues cum pertinentiis suis. Nos autem quod Romani pontifices ex auctoritate sua vobis concesserunt, scilicet presentationem capellanorum et liberam dispositionem in ecclesiis vestris vos habere concedimus salvo jure Abrincensis ecclesie. Hec omnia et quecumque Deo propitio justis modis acquirere poteritis sub nostra et Abrincensis ecclesie protectione recipimus, statuantes ne quis super his vos temerare, perturbare aus inquietare presumat, quod si quis presumere attemptaverit, ecclesiasticis rigoris vindictam et districti judicis ultionem se noverit incursum. Ut ergo nobis omnia in perpetuum firme et stabiliter conserventur, presentis pagine inscriptione et sigilli nostri et sigilli capituli Sancti Andree impressione et episcopalis auctoritate concedimus et confirmamus. Testibus his, Rogero cantore, Guillelmo thesaurario, Gisleberto et Guillelmo archidiaconis, Ricardo capellano, Georsio canonico, magistro Ricardo, Ricardo de Spineto, Johanne Gricel monachis, Luca de Dein et aliis quam pluribus. Facta est autem nostra hec concessio atque confirmatio anno Domini MCLXXIX nono kalend. Novembris in domo nostra apud Abrincas regnante dominio nostro Jesu Christo.